



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 22. S. Francisci Literæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. minus virtute humilitatis omne bonum genus vincere.  
A.C. 1219.

## §. XXII.

## S. Francisci Literæ.

Ceterum Literas testes & commendatitias, de Approbatione sui Institutum Franciscus Fratribus proficiscentibus necessarias judicavit, & suadente Cardinale Protectore, Bullam in hunc finem ab Honorio Papa die undecima Junii anno millesimo ducentesimo decimo nono datam obtinuit, ad omnes Episcopos aliosque Præpositos Ecclesiasticos directam, in qua Fratres Minores tanquam viros Apostolicos laudat, hortaturque, ut eos benigne excipient. Hæc prima omnium Bulla est novi Ordini concessa. Capitulo soluto Franciscus, Discipulorum suorum præcipuis in diversas provincias, cum delecto sociorum numero, missis, sibi ipsi cum duodecim aliis prædicationem in Syria & Ægypto tom. I. opusc. destinavit. Delegatis vero suis tres Ep. 13. 14. 15. stolas tradidit, quarum prima ad Episcopos & Clericos cujuscunque Diceclis, secunda ad Rectores, Consules, Magistratus, tertia ad sui Ordinis Custodes directa est, quibus præcipiebat, ut istarum literarum plura exempla describi & distribui curarent. In Epistola ad viros Ecclesiasticos hortatur, ut maxima

reve-

reverentia tractent, Domini Nostri Cor- Sæcul. XIII.  
pus & Sanguinem, quem aliis Fidelibus A. C. 1219.  
administrandi honor ipsis obtingit, cau-  
te sanctissimum Mysterium in vasis pre-  
tiosis custodian, & decore, quo opus  
fuerit, deferant. Vult etiam, ut Ver-  
bum & Nomen Dei, ubicunque scripta  
occurrant, venerentur. Epistolæ ad Ma-  
gistratus hæc est summa: Considerate,  
diem mortis appropinquare. Obsecro,

tanta quantam vobis debeo submissione;  
ne propter bujus mundi curas, quibus  
occupamini, Dei & mandatorum ejus  
obliviscamini, nam in Psalmis legimus:

Maledicti qui declinant a mandatis tuis, Ps. 118.

tempore mortis, auferetur ab eis, quid-  
quid babere videbantur, & quo magis  
sapientes ac potentes in hoc mundo fue-  
rint, eo magis in inferno cruciabuntur.  
Suadeo igitur; Domini mei, omnibus re-  
bus aliis postpositis, pénitentiam agite,  
& Corpus ac Sanguinem Domini No-  
stri humili corde recipite. Potestatis  
bonorem, quem vobis contulit, Deo red-  
dite, quotidie vespere populum moneri  
jubete, ut Deo gratias dicat. Nisi fe-  
ceritis, certissime in die Judicii ratio-  
nem reddere cogemini. Qui scriptum  
istud domi suæ custodient, & in eo præ-  
cepta servabunt, bis benedicet Deus.

S. Francisco, ad Missionem & iter in  
provincias Orientis se accingenti, collo-  
quens

Sæcul. XIII. quens Cardinalis Hugolinus de Domo  
A.C. 1219. S. Damiani aliisque Virginum monaste-

riis sui Instituti, jam enim plura conde-  
bantur, mentionem fecit. Cui ille:

Vading. solum illud monasterium excipiam, cu  
1719. n. 43. Claram inclusi, nullum aliud ego institu-

aut me auctore ortum est. Nullius al-  
terius familie muliebris, inquam, nisi  
illius solius, sive Disciplinam Regulari-  
sive corporis sustentationem spectemus,  
curam in me suscepi. Nihil enim mu-  
nus mibi probatur, quam ille Fratrum  
nostrorum impetus, quo Domos puella-  
rum in aliis locis fundarunt, earumque  
regimen capessiverunt; istud vero nulla-  
tenus placet, quod eis nomen Sororum Mi-  
norum imposuerint. Ergo instantissime  
Cardinalem rogavit, ut Fratres, quan-  
tum fieri posset, a familiaritate & cura  
Monialium averteret, si eorum fam-  
& in virtutibus profectui consultum vel-  
let. Promisit Cardinalis, se rem ad  
Summum Pontificem delaturum. At  
Vir sanctus saepe, acriter commotus, di-  
cere auditus est: Timeo, ne dum a no-  
bis Deus uxores abstulit, Diabolus for-  
res dederit.

### §. XXIII.

#### Res Hispaniæ.

*Sup. Lib.* Inter hæc Honorius Papa animum ad-  
*LXXVII.* jecerat ad removenda impedimenta,  
*§. IO.* quæ